

1247, octubre, 11. Lyon

El papa Innocenci IV comissiona el cabiscol de Sant Feliu de Girona per a una causa entre el monestir de Sant Daniel i el cambrer del de Cuixà.

ASD núm. 143*, perg. orig., 120 x 135 mm, butlla pendent.

Innocentius episcopus, seruus seruorum Dei, dilecta filio .. precentori Sancti Felicis Gerundensis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecte in Christo filie abbatissa et conuentus monasterii Sancti Danielis nobis conquerendo monstrarunt quod .. camerarius monasterii de Cuxano, Elenensis dioecesis super quadam pecunie summa possessionibus redditibus et rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus partibus conuocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere.

Datum Lugduni, .V. idus octobris pontificatus nostri anno quinto.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 294-295